Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26511
Copyright: Admont, Benediktinerstift



eius magnopere caueamus. studentes ne ecclasticam fami
liam crudeliter tractemus. & ne contra mala proximi per
trahamur ad retributionem mali. uel ad liuorem
odii. ne ad temptamenta diaboli seducamur ad delecta
tionem uel consensionem peccandi. ne contra flagella summi
opificis proruamus in excessum murmurationis. li
cet enim non fiant nobis tam frequentia ac reuelanda
per hunc seruum suum miracula. tamen certi esse debemus.
quia non subtrahamur ciuitati sue. ac nobis ciuibus suis con
tinua intercessionum eius auxilia prebet. sicut de ieremia
legimus. hic est fratrum amator inquit et populi israel. hic
est qui multum orat pro populo. & uniuersa sancta ciuitate ierusalem.

Anno incarnationis dominice.
Ad ccc. l. ii. nuper adhuc amplia ta
ipsa ecclesia cum de loco cripte prioris se
pulchrum una cum beati remigii cor
pore translatum est in cripta maiori &
pulchriori opere factam. ipsum corpus sanctum
sicut & in anteriori translatione ab episcopis
remorum dioceseos integrum inuentum est. & bran